

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. XLVI. TIT. V. De Prætoriis Stipulationibus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9050**

LIB. XLVI. TIT. V.

## DE PRÆTORIIS STIPULATIONIBUS.

Qv. *An cautionales stipulationes novent negotium, cui  
accedunt?*

**E**quidem improprie novari negotia dicuntur; sed ipse Autor explicat, *Laut. pag. 647. verb. novant &c.* quo sensu novatio hic interveniat: Hæ enim stipulationes sunt cau- tiones, quæ accedunt causæ, & quasi nova remedia, quæ veteri actioni jun- guntur. Is ergo, cui ita cavetur, jam agere potest, et si alias actio non sit. *d. l. i. §. 2. h.* Ita de legatis servandis cavetur, et si legatarius agere nondum possit. *L. 21. de Acceptil.*

LIB. XLVI. TIT. VI.

## REM PUPILLI VEL ADOLESCENTIS SALVAM FORE.

Qv. *An haec stipulatio hodie fiat datis fidejussoribus?*

**N**EGATUR: Quin ne quidem pignora dari solent, sed juramento sal- tem cavetur: nam satis difficile est, invenire tutores absque satisda- tione. Vid. *Grænw. ad pr. I. de Satisd. tut. Dn. Par. Hyp. Inst. tit. obflat. de Attil. tut. §. 6. & tit. Qui satisd. cog. §. 2.*

LIB. XLVI. TIT. VII.

## JUDICATUM SOLVI

Qv. I. *An is, qui cavet de judicio sifli, etiam caveat, judi- catum solvi?*

**N**EGAT hoc Brunn. *ad L. 2. ff. Qui satisd. n. 9. ibique Carpz. L. 2. Resp. 83.* Sed contrarium verius: nam si non sifli, tenetur præsta- re omne id, quod interest, *L. 17. de in jus vor. ibique Brunn. L. f. Si quis in jus vor. ibique Brunn. & ad L. 2. Qui satisd. n. 7. adeoque id, quod judicatum erit: id enim interest, idque ipse Brunn. ad d. L. 2. n. 8. & 9. fatetur, ibique Mod. Pisl. p. 3. q. 115.*

Cocc. J. C. P. II.

Iii

Exc.

